

Illa, precamur, ama, quia sic crescit tua fama:
 Si mihi credideris, iure beatus eris.
 Ut fatear verum, qui carmine vincis Homerum,
 10 Malchum pre merito vincere non dubito.
 Hoc^a solum timeo, ne mens tua læta^b tropheo
 Glorificetur eo, displiceatque Deo.
 Hęc^c Raginalde cave; caveas et vivere prave;
 Insuper omne cave, quod mala fert! Et ave!

[XX.] Laus^d sepulcri^e sancti Augustini sociorumque
 eius. Versus^f inversi^l.

L f. 69. Laudibus, Augustine, tui decus effero^g busti,^h
 C f. 211'. Busti, quod celebrare lira iuvat et fide crebraⁱ.
 T f. 57'. Crebra tuum clamabit opus laus, crebraque fama.
 Fama canet, debetur honor, laus, gloria glebe^k,
 5 Glebe^k, qua medicina iuvans^{*} patris exit amici,
 Qua domus est redimita patris pro corpore primi.
 Patre sub hoc cultura Iovis^a perit absque tumultu,
 Patre sub hoc revirescit aquis³ plebs Anglica mire,
 Patre sub hoc sacrata manus dirimit simulacra,
 10 Patre sub hoc florere fidem videt Anglus amore,
 Patre sub hoc idolatria^l flet sine numine^m sola,
 Patre sub hoc reparatur ager, sunt tempora clara,
 Patre sub hoc mundatur homo baptismatis unda,
 Patre sub hoc pax ecclesiisⁿ et copia laxē^{o,4},
 15 Patre sub hoc devota Deo plebs a patris ēvo^p.
 Ede sub hac et aroma^q fluit de pulvere caro,
 Ede sub hac cellave^r putas quasi surgere mella,
 Ede sub hac sentitur odor nectarque iacenti,
 Ede sub hac spirare videntur pistica^{s,5} mira,
 20 Ede sub hac votiva salus, gemitusque remoti,
 Ede sub hac celeberrima lux et sol ibi creber,
 Ede sub hac reveretur amans in sorde iacere,
 Ede sub hac servare studet sua vota caterva^t,
 Ede sub hac doctoribus est decor^u et decus octo⁶.

* 'celer' C.T.

a) 'Hęc' L. b) 'leto' C. c) 'Hec' C. T. d) In L, wo dies schon hinter Malchus steht, geht der Vers vorher: 'Versus expliciunt inversi metaque fiunt'. e) 'sepulcris' C; 'sepulchri' L. T. f) 'V. i.' fehlt hier L. T. g) 'offero' T. h) 'inusti', aber radiert L. i) 'ęreb', aber radiert L. k) 'glebe' C. l) 'yd.' T. m) 'numinae' C. n) 'ęcel.' L. o) 'laxę' T. p) 'evo' C. q) 'Roma' C. r) 'callave' C. s) 'pistina' L. t) 'cavare' T. u) 'decus et decor' L.

1) Die Verkehrtheit besteht darin, dass der letzte Fuss mit Theilen des zweiten und dritten Fusses reimt und zwar die betonte Sylbe mit der unbetonten. 2) Heidenthum in England. 3) Taufe. 4) In ausgiebiger Weise. 5) Cf. Ioh. 12, 3. 6) Gemeint sind wohl die heiligen 7 ersten Erzbischöfe und Hadrian, die zu S. Austin's begraben, hier vom Vf. besungen werden.